



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

C. 13. Circa Fidei Obiectum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

mine animaduertere, sed simul cum Inquisito-
ribus. Sicut de crimine hæresis praticatur.
Acunna q. 12. q. 1. 8. Freitas 11. de Confess. sollicit.
quest. 2.

ii4 Profecto sollicitans etsi grauissimè delin-
quat, non tamen ideo est excommunicatus, nec
peccatum id est reservatum: ideoque potest,
seruatis seruandis, absque privilegio absolui.
Rodrig. p. 1. sum. c. 207. concl. Henr. l. 3. de pe-
nit. c. 10. n. 7. lit. H. Freitas qu. 21. n. 2. 13. & 21.
Ant. de Sol. Aphorism. Inquisit. l. 1. c. 34. nu. 62.
Trull. l. 1. Decal. c. 3. d. 8. n. 16.

ii5 Omittens sine causa denunciationem soli-
citantis, lethalter delinquit. Quia res grauis
est, ut indicat aperte excommunicationis late
sententia: poena in Edicto Inquisitionis appo-
sita. Quod quidem peccatum est contra Reli-
gionem, & reuerentiam Sacramento debitam.
Acunna q. 1. o. n. 1. Henr. l. 6. c. 12. m. 6. Manuel
sum. c. 207. n. 1. & p. 2. q. 9. Regul. q. 27. a. 1. Bona.
de onere denunciandi, d. 6. pun. 3. n. 10. Diana p.
sarius p. 4. n. 5. re sol. 5.

ii6 Ut Confessarius Brevis pœnas incurrat, &
ut denunciandus veniat, sufficit, quod re vera
sollicitauerit, vel ad inhonestam prouocauerit, li-
cet sollicitationis effectus securus non sit. Quid
licet esse.
Eius securus
non fuerit.

id aperte in de rebus exprimitur. Mulieres vi-
delicet penitentes, dum earum audiunt confesso-
nes, alliciendo, prouocando, seu allicere, & prouo-
care temendo.

Denique nullo modo tenetur penitens de-
nunciare Confessarium ad alia peccata, non
venerea sollicitantem. Quia nullibi cautum
est, talem denunciationem esse faciendam ne-
que in decretis Pontificum, neque in edictis
Inquisitionis: omnia enim hæc solum de sollici-
tantibus ad inhonestam loquantur, ob fragilita-
tem enim naturæ frequentius hæc sollicitatio
contingere poterat, & maius in ea consentien-
di periculum. Et quia in delictis non sit exten-
sio, cap. Paris, de regul. iur. in 6. Paramus de orig.
Inquisit. l. 3. q. 10. n. 121. Sanci. in select. d. 11. nu.
23. Acunna qu. 8. num. 3. & 6. Palao tom. 1. tract.
4. d. 9. punct. 6. num. 2. Diana part. 4. tractat. 5.
resol. 17.

Addiderim, nec sollicitationem ad venerem
in aliorum Sacramentorum usu denuncian-
dam esse Inquisitoribus. Quia nullibi de hu-
iusmodi delicto specialiter est cautum, fieri de-
nunciationem. Acunna q. 16 n. 6. Freitas, San-
cius, & Palao, quos citat, sequitur Trull. l. 1.
Decal. c. 3. dub. 18. num. 57.

SECTIO SECVNDA.

De Fide, & Infidelitate Dubia.

CAPVT XIII.

Circa Fidei Obiectum.

DVBIUM I.

An stante cognitione euidenti de aliquo
obiecto possimus de illo fidem ha-
bere?

ii9
Certum
suppono.



ERTVM est, obiectum fidei, qua-
tenus fidei est, esse non vltimū,
idest, per fidem ipsam nō videri,
neque euidenter cognosci. He-
br. o. 1. Fides est sperandarum sub-
stantia rerum, argumentum non apparentium.
Quæ verba saltem in sensu formali vera esse
debent. Item ad credendum fidei diuinæ requi-
ritur specialis Spiritus Sancti motio. Trid. sess.
6. c. 9. At ad credendum obiectis euidētibus
hæc motio non requiritur. Quæstio igitur est,
num stante euidenti cognitione, de aliquo ob-
iecto possimus de illo fidem habere?

ii20
Non possu-
mus.

Non possumus. Quia ea, quæ euidenter co-
gnoscuntur, absolute apparent: ergo cum fides
sit non apparentium, ut ait Apostolus, esse de
euidētibus non potest. Sic D. Th. 2. 2. q. 1. a. 4.

& 5. Caiet. & Bannes ibi. Scotus in 3. dist. 14.
q. 1. Richard. ibi. q. 5. Capreol. d. 25 q. 1. a. 2.
concl. 1. & 2.

Possimus quidem. Quia plura proponuntur
fidei diuinæ credenda, quorum euidētiam ha-
bere potes, videlicet, Deum esse vnum, esse la-
pientem, esse fidelem, & potentem adimplere
promissā, &c. Sed ex eorum cognitione euidēti
non potest fidei exercitium impediri, aliās de-
terioris esset conditionis homo doctus indo-
cto: ergo. Minorem probo. Nam accedentibus
ad Deum siue doctis, siue indoctis proponitur
fidei diuinæ credendum: Quia est, & quia inqui-
rentibus se remunerator sit, Hebr. 11. Sed postea
contingere, quod saltem de esse Dei quis eui-
dentiam habeat: Et talis euidētia obesse ei
non potest, quominus fidei diuinæ id ipsum cre-
dat. Ita albert. Mag. in 3. dist. 24. a. 9. Bonau. ibi.
a. 2. q. 3. Gabr. q. 1. a. 2. concl. 3. Valent. tom. 3.
d. 1. q. 1. pun. 4. alios citans, Suar. tom. 2. in 3. p. d.
19. sect. 1. Coninch. d. 11. dub. 1. concl. 2. n. 15.

Probabilius existimo, his Doctoribus hæ-
rens, posse nos fidei diuinæ omnia diuinæ my-
steria credere, quorum euidētiam habemus: rem bene
atque adeo fidem cum scientia posse compati. credo esse
Concedo enim, ea, quæ euidenter cognoscuntur,
tur esse apparentia, non vndeque sed ex vi
illius cognitionis, quæ euidenter cognoscuntur:
cum autem cognoscuntur ex alia obscura,
& ineuidenti, apparentia non sunt. Quo-
circa cum Paulus dicit, fidem esse ar-
gumentum non apparentium, intelli-
gendus est formaliter, hoc est esse
argumentum

Seccio II. De Fide, Dubia. 17

argumentum non apparentium ex vitalis cognitionis, & secundum rationem, qua ipsa nititur.

D V B I V M II.

An Deus secundum se, ut Deus sit Fidei subiectum?

¹²³ Deus non est absolute, & secundum se ut Deus, sed ut glorificator subiectum fidei. Quia fides ordinatur, ut Deus fideles glorificet. Sic Marfilin 3. q. 2. a. 5. Gregor. Arimin. in prol. q. 4. a. 1.

¹²⁴ Deus ut Deus absolute, & secundum se est fidei subiectum. Quia de Deo secundum se credimus, & ipsi, quæ de ipso credimus attribuiamus: v. g. quod sit vnus, & trinus, & bonus, & reliqua ipsi Deo extrinseca. Ita Sua de fide, d. 1. sect. 1. Turrian d. 1. dub. 1. Tanner. d. 1. qu. 1. dub. 2. Coninch. de fide, d. 9. d. 1. Valq. p. 1. d. 10. c. 1. & Theolog. communiter.

¹²⁵ Hoc mihi indubitatum. Nam Deum esse glorificatorem potius est prædicatum, & id quod credimus, quam subiectum, & id de quo credimus. Unde constat Deum ut Deum non tantum esse subiectum fidei, quatenus ipsa fide attribuiamus ei prædicata necessaria: v. g. grat. quod sit vnus, & trinus, & bonus: sed etiam quatenus ei attribuiamus prædicata contingentia ex ipsius pendencia voluntate: v. g. quod sit creator, iustificator, ac glorificator. Ex eo autem quod fides diuina ordinetur ad hoc, quod Deus nos glorificet, tantum deducitur. Deum esse glorificatorem, seu finem fidei, non verò illius subiectum.

D V B I V M III.

An Deus sua ratione Deitatis, & non ut reuelans sit obiectum, seu morium fidei diuinæ?

¹²⁶ Cettum est, apud Theologos, Deum testificantem, seu reuelantem esse obiectum formale fidei diuinæ, sicut homo testificans est fidei humanæ obiectum. Quæserim verò, sub qua ratione Deus sit formale fidei diuinæ obiectum?

¹²⁷ Deus, ut Deus, seu sub ratione Deitatis, & non ut reuelans, est obiectum, seu morium formale fidei diuinæ. Quia obiectum formale diuinæ fidei est id, in quod ultimo fidei assensus resoluitur, & cui tanquam fundamento innititur: sed in Deum, ut Deum, & non in Deum, ut reuelantem sit resolutio vltima assensus fidei: & ipsi Deo, ut Deo innititur tanquam fundamento, & non Deo ut reuelanti: quamvis enim interroganti. Quare credis fidei mysteria: respondendum sit, Quia Deus reuelans: ubi autem non subsistit interrogatio, vltimius namque interrogari potest, Quare credis Deo reuelanti, & respondendum est, Quia est infinite verus, qui nec falli, nec fallere potest; imo ubi interrogatio non fit, quia potest vltimius interrogari. Quare Deum est infinite verum? est Esobar, & Mendoza, Theol. Moral. Tom. VI.

respondendum, Quia est Deus. Ergo Deus, ut Deus, & non ut reuelans, est formale fidei obiectum. Sic Aureol. apud Capreol. in 3. diff. 23. q. vni. 2. Greg. Arimin. in 170. q. 4. a. 2.

¹²⁸ Deus ut prima veritas reuelans, & non ut Deus est obiectum formale fidei, quod significat scriptura, dum dicit, fidem Dei testimonio inniti. Mar. 16. Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus. Et 1. Ioann. 5. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Ratio est, quia id est obiectum formale, seu quo fidei diuinæ, quo mouemur, & cui innititur ad credendum ea fideles Deus ut est primus, & infinite verus reuelans, seu testificans id, quod credimus, est id, quo mouemur, & cui innititur ad illud credendum fide diuinæ: non quia Deus est Deus, sed quia Deus, qui est primus, seu infinite verus in iudicando (ob quod falli non potest.) & indicando (ob quod non potest fallere) illud reuelat, seu testificatur: ergo Deus ut reuelans, seu testificans, & non ut Deus est obiectum, & morium formale, seu quo fidei diuinæ. Ita D. Thom. 2. 2. q. 1. a. 1. Valent. tom. 3. q. 1. pun. 1. Suar. de fide, d. 3. sect. 4. Coninch. d. 9. dub. 3. Valq. p. 1. d. 7. c. 4.

¹²⁹ Hanc sententiam probabiliorē esse reor. Nam resolutio assensus fidei diuinæ, quæ præfato modo fit vltimo in Deum, ut Deum, non fit in eum tanquam in medium, seu morium (adhuc remotum, & mediatum) in quo consistit ratio obiecti formalis: sed tantum tanquam in radicem summā, & infinitā veritatis Dei, in quo non consistit ratio formalis obiecti: ac proinde Deus, ut Deus ad obiectum formale fidei diuinæ non pertinet.

D V B I V M IV.

An reuelatio, quæ res aliqua priuatim reuelatur, sufficiat quantum est ex parte reuelationis, ad fidem diuinam rei sic reuelatæ, sicut sufficit reuelatio publica?

¹³⁰ Conueniunt contra hæreticos Catholici, præter reuelationem publicam ad fidem diuinam, seu Theologicam non esse necessariam reuelationem priuatam reuelationis publicæ, adhuc ut conditionē, seu applicationem illius. Quia reuelatio publica sufficienter proposita, & applicata, ut verè potest, absque priuata reuelatione illius media prædicatione, aut alia instructione, sufficit, quantum est ex parte reuelationis, ut moueat intellectum ad credendum Deo reuelanti. Quæserim autem, an reuelatio priuata sufficiat, quantum est ex parte reuelationis ad fidem diuinam rei sic reuelatæ: sicut reuelatio publica?

¹³¹ Non sufficit, ad fidei diuinæ assensum, sed tantum ad assensum prudentiæ infusæ, aut doni prophetiæ, aut doni similis. Qui obiectum formale fidei diuinæ est reuelatio primæ veritatis per Ecclesiam, vel per Apostolos, aut per Prophetas. Quare ad Ephes. 2. fideles dicuntur Superedificati supra fundamenta Apostolorum, & Prophetarum. Ergo reuelationes priuatæ, utpote quæ non sunt per Ecclesiam, neque per Apostolos, neque per Prophetas, non sufficiunt quantum est ex parte reuelationis fidei dei

Est obiectum non ut Deus, sed ut prima veritas reuelans.

Probabilior hoc.

Non illa suppono.

Non sufficit.

18 Theologiae Moralis. Liber XLVII.

dei divina, seu Theologiae obiectum. Sic Caiet. 2. 2. q. 1. a. 3. Scotus 1. 3. de n. & gra. c. 11. Cano. l. 1. 2. de locis. c. 3. & 4. Valent. tom. 3. d. 1. q. 1. p. 1. Bannes 2. 2. q. 1. a. 1. dub. 1. Et expresse D. Thom. p. 1. q. 1. a. 8. ad 2. dam ait: *Innititur fides non reuelationi Apostolis, & Prophetis facta: non autem reuelationi, si qua fuit aliis Doctores.*

132
Sufficit pla.
ne.

Sufficit plane. Quia reuelatio priuata non est minus diuina prima veritatis, quam publica reuelatio: ergo reuelationi priuata potest tanquam obiecto, seu motui formali inniti fides dei divina assensus, non minus quam publica. Reuelatio priuata est eiusdem rationis, & authoritatis, quam publica, vtpote diuina eiusdem primae veritatis. Quod vero reuelatio diuina sit publica, vel priuata, impertinens est, ad variandam essentiam specificam fidei adhuc pro actu sumptae: sicut etiam est impertinens ad variandam rationem motui assensus fidei, à qua specificatur: quia reuelatio primae veritatis tantum mouet ut talis, & non ut publica, nec ut priuata: sicut eadem fides humana, quae adhibetur Antonio, quando loquitur multis, & pro multis: & quando tantum loquitur vni, & pro eo vno: vtrique enim loquutio eiusdem est authoritatis. Ita Vega. l. 9. in Trident. c. ult. Caterin. opusc. de certitud. gratiae. Suar. de fide, d. 3. sect. 10. Becan. de fide, c. 1. q. 4. Turrian. 2. 2. d. 1. dub. 1. Coninch. de fide, d. 9. dub. 6. Adam. d. 1. q. 1. dub. 3. & alij.

133
Hos sequor.

Nam quia fides diuina, quam fides regulariter habemus tantum est Catholica, quia est innitens reuelationi publicae, & est doctrinae communis toti Ecclesiae: ideo fides absolute dicimur edificari supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum: non quia fides requirat pro obiecto formali reuelationem publicam Apostolis, aut Prophetis factam. Et de eadem fide, quam scilicet fides regulariter habemus loquitur Diuus Thomas citatus.

D V B. V.

An propositio, quae in se ipsa non est reuelata, sed virtualiter continetur in duabus propositionibus immediate reuelatis vel in una immediate reuelata, & in altera lumine naturali nota, possit fide diuina credi?

134
Credi potest.

Credi potest. Quia reuelatio diuina, quāuis tantum virtualis, (imò tantum inadæquata) est tantae auctoritatis, ac formalis, est enim eadem: ergo sufficit pro obiecto formali fidei diuinae infallibilis, non minus quam formalis reuelatio. Sic Cano. l. 6. de lo. i. 5. vlt. Vega. l. 9. in Trident. c. 36. Caterin. opusc. de certitud. gratiae. assert. 6. Arag. 2. 2. q. 1. 1. a. 2. Bellar. l. 3. de Eccl. c. 15. Adam. d. 1. q. 1. d. 3. Valq. p. 1. d. 5. c. 3.

135
Credi non potest.

Credi non potest. Quia reuelatio mediata nequit proximè mouere, ad dandum assensum fidei propositioni mediae tantum, seu virtualiter reuelatae: ergo non sufficit ad obiectum, seu motum formale fidei. Consequentia patet, antecedens probatur. Quia reuelatio mediata non est motum proximum, cui proxi-

mè innititur assensus propositionis virtualiter tantum reuelatae: haec enim reuelatio proximè tantum mouet ad assensum propositionis immediate, & in se ipsa reuelatae: ad assensum autem propositionis in illa virtualiter contentae tantum mouent ipsae praemissae obiectivae, ipsaeque obiectivae consequentiae, seu connexio praedicatae, & subiecti ipsius propositionis virtualiter contentae cum ipso medio, non diuina reuelatio, quae praemissae obiectivae sunt in media reuelatae: imò tantum mouent remotè tanquam causa extrinseca rationales ea proportionem, quae causa finalis ad electionem, & causa moralis ad effectum: Ita idem Cano. l. 12. de locis. c. 7. Suar. de fide, d. 3. sect. 11. & 4. 6. sect. 4. Turrian. de fide d. 6. dub. 3. Coninch. de fide, d. 9. dub. 9. Supponunt Valent. tom. 3. d. 1. q. 1. punct. 2. Lorea d. 6. & Becan. de fide, cap. 8. qu. 1.

136
Cum hic opus.

Cum his opinor, Fateor enim, reuelationem mediatam esse in se tantae authoritatis, ac est immediata, est enim eadem omnino. Nihilominus quia non mouet immediatè ad propositionem respectu cuius dicitur mediata, sed media propositione obiectivae immediatè credita ob ipsam reuelationem, & media connexionem ipsius propositionis deductae cum propositione immediatè reuelata, & credita, quae non sunt diuina reuelatio: idè assensus mediatae innitens reuelationi diuinae non est fidei, seu Theologiae. Discrimen ergo inter reuelationem mediatam, & immediatam, quod tantum est respectu propositionum, redundat in praefatum motum assensus, quia vnus propositionis est ipsa reuelatio diuina, & alterius sunt ipsae praemissae, & connexio ipsius propositionis deductae cum illis, imò tantum remotum, quod potest rationale vocitari.

D V B. VI.

Reuelatio falso diuina existimata, quantum est ex parte reuelationis sufficiens ad obiectum formale fidei?

Sufficit quidem. Quia rustico proponi potest à Parocho aliquid non reuelatum à Deo (sive verum, sive falsum) tanquam à Deo reuelatum eodem modo, quo eidem proponitur aliquid verè reuelatum: & tunc proculdubio rusticus potest moueri ad credendum, & aliquando credit id, quod sibi falsè proponitur tanquam à Deo reuelatum: sicut quando ipsi proponitur id, quod verè est reuelatum, & non credit alia fide, quam diuinam, quia ad illud credendum tantum mouetur reuelatione sibi proposita tanquam diuina. Ergo reuelatio, diuina falso existimata, pro obiecto formali fidei diuinae sufficit. Sic Scotus in 1. dist. 1. q. 1. 6. Ad questionem.

Minus sufficit. Quia reuelatio falso diuina existimata, non est verè reuelatio diuina: ergo assensus ipsi innitens non est eius physice verae fidei diuinae: sed est alius assensus illi similis, qui dici potest assensus fidei diuinae putativae. Sicut assensus innitens testimonio humano falso existimato, non erit physice fidei humanae, sed ei similis.

Ita

Sectio II. De Fide Dubia.

19

Ita omnes Theologi, si Scotum excipias.

139 Longe hoc probabilius esse reor, ne omnino hoc no Scotum reicere cogar. Sed, si solummodo rationi harendum sit, omnino certum esse crediderim, maxime cum Tridentinum *ses. 6. c. 6. id supponere videatur*, dum ait, *Fidei divina non posse subesse falsum*. At si ad obiectum formale fidei divinae sufficeret revelatio falso extimata, cum hæc possit esse alicuius falsi, etiã fidei divinae innixe illi posset falsum subesse.

DUBIVM VII.

*An possit esse evidentiã revelatio-
nis Dei, non viso Deo
ipso revelante*

140 Non potest haberi evidentiã revelatio-
nis divinae, (id est, quod Deus aliquid reve-
laaverit) extra beatificam visionem. Quia im-
possibile est, non viso loquente, evidenter co-
gnoscere eum esse, qui loquitur: non enim po-
test evidenter cognosci per causam, neque
per effectum: Ergo Deum esse qui revelat seu
qui loquitur, nequit evidenter cognosci nisi
Deum ipsum videndo. Sic Bannes 2.2. qu. 5.
art. 1.

141 Potest quidem haberi divinae revelatio-
nis evidentiã extra beatificam visionem. Quia
Deus potest formare, seu efficere signum ali-
quod creatum tam spirituale, quam corporale,
non solum ut effectum ipsius Dei, sed etiam
ut signum significans rem, quam interius iu-
dicat: seu signum substituens pro suo interno
iudicio, seu interna loquutione, quod procedat,
ab ipso Deo, non solum tanquam ab efficien-
te, sed etiam tanquam à loquente, quo Deus
extra se ipsum loquatur. Ita Suarez *de fide, d. 1.
sect. 8. Valq. par. 1. d. 135.* & Theologi com-
muniter.

142 His adhaereo. Nam quamvis, non viso ali-
quo, nequeat naturaliter cognosci eviden-
ter evidentiã metaphysica: sed ad summum
evidentiã morali, eum esse, qui loquitur, potest
tamen, imo intuitivè, si Deus infundat spe-
ciem loquutionis ut in se est.

DUBIVM VIII.

*An necessarium sit revelationem
esse in se obscuram, ut
sit formale Fidei
obiectum?*

143 Necessarium est. Quia actus fidei alicuius
propositionis nequit esse cum evidentiã
aut scientiã eiusdem propositionis: at qui ha-
bet evidentiã revelationis propositionis ali-
cuius habet evidentiã, aut scientiã ipsius
propositionis revelatæ: nam revelatio divina
est quasi effectus veritatis propositionis: & ve-
ritas est quasi causa revelationis; quia hæc

causalis est vera, & evidens: ideo Deus revelat
a quam propositionem, quia est vera: Ergo
qui habet evidentiã revelationis pro-
positionis, etiam habet à posteriori evi-
dentem scientiã ipsius propositionis reve-
latæ. Sic Bannes 2.2. qu. 5. art. 1. Valent, 10.3. d. 1. q. 1.
punct. Coninch *de f. e. d. 9. dub. 8.* Becan. *de
fide, i. 1. qua. 7. 3.* Adam. *de fide d. 1. qu. 1. dub. 3.*

Non est necessarium. Quia revelatio, seu
testificatio propositionis revelatæ, quamvis
sit in se evidens, & immediate applicata
propositioni revelatæ, non ostendit, pro-
positionem ipsam revelatam in se, & intui-
tivè, ut patet: Ergo relinquit propositionem
revelatam credibilem, seu obscure cognosci-
bilem ob ipsam revelationem: sola enim noti-
tia intuitiva propositionis, & ad summum
etiam notitia evidens illius ex terminis obstat
assensui fidei eiusdem propositionis. Lor-
ca 2. 2. dub. 16. Turrian. *ibi, d. 9. dub. 4.* Valq.
p. 1. d. 135. cap. 3. Gasp. Hurtad. *de fide d. 2.
diffic. 7.*

Cum his sentiens addiderim, revelatio-
nem divinam non solum non offendere reve-
latam in se, & intuitivè: sed neque ex ipsa re-
velatione posse rem revelatam evidenter ab-
stractivè cognosci. Quia notitia evidens ab-
stractiva rei tantum potest haberi ex causa,
aut ex effectu ipsi rei proprio, & non commu-
ni ipsi rei & aliis: & non ex aliquo alio quã-
vis necessario imo evidenter connexo cum
ipsa re, (ut est visio cum re visa) quia tunc
tantum res dicitur videri, seu evidenter co-
gnosci, quando videtur in se, aut in aliquo
sui, cum quo habet affinitatem, aut propin-
quitatem, quæ tantum reperitur inter causam
necessariam & inter effectum ipsi causæ pro-
priam: autem enim effectus iste est aliquid
proprium causæ, nempe fructus, & proles pro-
pria illius: & causa necessaria est aliquid effe-
ctus, nempe principium necessarium, seu ne-
cessaria radix illius; revelatio autem divina
non est causa rei revelatæ, ut patet, neque est
propriè illius effectus, quamvis res revelata,
seu eius entitas, siue veritas necessario præ-
requiritur, & præsupponatur ad revelationem
divinam.

DUBIVM IX.

*Idem obiectum materiale potestne si-
mul ab eodem intuitivè videri,
& credi?*

Potest quidem idem obiectum intuitivè
videri, ac simul credi, seu quod idem est,
revelatio divina potest esse obiectum forma-
le fidei circa obiectum visum. Quia id Domi-
nus Ioan. 20. significat, dum Thomas inquit,
Quia vidi si me Thomas credidisti Et quia actus
fidei & actus visionis non sunt assensus, &
dissensus; sed ambo sunt assensus: Ergo non
repugnat, idem obiectum simul videri, & cre-
di. Nequit enim aliunde ostendi repugnantia,
nisi quia unus sit assensus, & alter dissensus:
Ergo revelatio divina movere potest ad as-
sentum fidei circa obiectum intuitivè visum.

B 4 Sic

20 Theologiæ Moralis Liber XLVII.

Sic Alexand. *part. 1. question. 68. memb. 7. a. 2.*
 & 3. Durand. *in 3. dist. 3. 1. question. 4. Adam. d.*
1. quæ. 1. dub. 6. Petr. Hurtado Sapientissimus
meus Magister de fide, d. 30. scilicet.

147
Non potest.

Non potest idem obiectum materiale simul credi, ac intuitivè videri: seu quod idem est, revelatio divina non potest esse obiectum formale fidei circa obiectum visum. Quia Paulus *Hebr. 11. dixit fidem esse Argumentum non apparentium.* Et quia experimur, testimonium humanum non movere nos ad assentiendum rei, quam corporeis oculis cernimus, & cognitione evidenti percipimus; hoc vero non alia ratione, nisi quia testimonium humanum, vtpote valde extrinsecum rei testificatæ est debile ad movendum in præsentia visionis intuitivæ, qua res in se ipsa percipitur: sed testificatio, seu revelatio divina est valde extrinseca rei reuelatæ eam non manifestans: Ergo in præsentia visionis intuitivæ rei est impotens ad movendum: ac proinde id quod videtur intuitivè non potest adhuc fide divina credi. Ita D. Tho. *2. 2. q. 1. a. 4. Scotus in 3. dist. 24. question. unic. Turrian. de fide d. 8. dub. 5. Vazq. *part. 1. d. 4. numer. 3. Gasp. Hurtad. de fide dub. 2. diff. 9.**

148
Hoc probabilius esse credo.

Hoc probabilius esse credidero adiciens non solum id, quod intuitivè videtur, haud simul posse divina fide credidè neque id, quod per se, seu ex terminis est evidens. Quia in præsentia cognitionis adeo evidenter testimonium adhuc divinum, vtpote valde extrinsecum rei, & eam non manifestans, est inefficax ad movendum, Mecum Vazquez citatur.

res non perfecte videntur, neque perfecte apparent: Ergo absque fundamento negabitur testimonium Dei in præsentia illius esse efficacax, ut moveat intellectum, ad assentiendum obiecto scito seu viso: quamvis non sit efficacax, ut moveat ad assentiendum obiecto intuitivè viso nec obiecto per se, seu ex suis terminis cognito: Ergo revelatio divina potest esse obiectum formale, seu motivum fidei circa obiectum abstractè visum, seu scitum: quamvis nequeat esse circa obiectum intuitivè visum: neque circa obiectum per se notum. Ita Alexand. *p. 3. q. 68. memb. 7. arti. 1. 2. & 3. Durand. in 3. dist. 1. 1. quæ. 4. Adam. d. 1. quæ. 1. dub. 6. Vazquez *part. 1. d. 4. numer. 3. Suar. de fide dub. 2. scilicet. 9. Coninch de fide, d. 11. dub. 1.**

149
Verum hoc esse reor.

Verius hoc esse reor. Primæ namque sententiæ fundamentum à ratione ex fundamento secundæ infirmatur. Dum autem Paulus ait *Fidem esse non apparentium*, tantum loquitur de perfecte apparentibus. Imo dum Patres significant *Mysteria fidei non posse ratione ostendi*, loquuntur de Mysteriis, quæ potissimum sunt fidei, qualia sunt Trinitatis, Incarnationis, &c. Imo id non dicunt, quia Mysteria hæc fide divina credantur, sed quia carent causa necessaria, & effectu proprio, saltem naturali, quibus possint demonstrari, seu abstractivè cognosci.

CAPVT XIV.

De conditione ad Fidem prærequisita.

DVBIVM X.

An revelatio possit esse obiectum formale Fidei circa obiectum abstractivè scitum?

149
Non potest.

Idem obiectum materiale non potest simul sciri abstractivè, seu demonstrari, & fide divina credi: aut quod idem est, revelatio divina non potest movere circa obiectum demonstratum, seu abstractè scitum. Quia id Apostolus videtur significare, dum ad *Hebr. 11. ait, fidem esse non apparentium*; nam quod abstractivè scitur siue per causam, siue per effectum verè apparet, nam evidenter cognoscitur, & demonstratur. Et quia si visio sensitiva obiecti, & intellectiva ei correspondens impedit, ne testimonium moveat ad credendum id, quod sic videtur: etiam impedit evidentia abstractiva obiecti; est enim vera evidentia, qua obiectum vere aspicitur, quamvis non intuitivè. Sic Scotus *in 3. dist. 24. question. unic. Caiet. 2. 2. question. 1. arti. 5. Lorca d. 14. & Thomistæ communiter.*

150
Potest planè.

Idem materiale obiectum potest simul sciri abstractivè, & fide divina credi aut quod idem est revelatio divina potest obiectum formale fidei esse. Quia cognitio evidens abstractivè non est perfecte sed imperfectè evidens: est enim visio rei non in re ipsa, sed in necessaria illius causa, aut in proprio illius effectu, qua

An ad assensum Fidei divina prærequiratur assensus aliquis fidei humane revelationis illius veritatis?



OMINE fidei humane intelligo iudicium, seu assensum elicito ob testimonium humanum, aut ob miraculum, aut ob motiva distincta à divino testimonio. Quaritur itaque an ad actum Fidei divine prærequisita sit aliqua fides humana revelationis divine rerum credendarum?

Non prærequiritur, sed sufficit simplex apprehensio revelationis divine veritatis, seu propositionis revelatæ. Quia fidei divine assensus non est discursivus, sed est tendentia in veritatem reuelatam habita immediate ob revelationem divinam: Ergo absque præiudicio aliquo assensu ipsius revelationis divine sola simplici apprehensione illius potest quis assentiri rei reuelatæ: alias actus fidei divine discursivus esset. Sic Vega *libr. 6. in Trident. capit. 6. Almain. in 3. dist. 23. question. 3.*

Al